



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Metropolis Salisvrgensis**

Continens Fvndationes Et Erectiones Monasteriorvm, Et Ecclesiarum  
Collegiatarum, &c. per Boiarium, ac loca quædam vicina

**Hund, Wiguleus**

**Monachii, 1620**

Absolutio à thelonio siue muta in Vilshouen.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-13578**

bio ob nostrorum prædecessorum & præriorum veniam delictorum nudi Salis libram dimidiā Cuppullarum, quod ain halbs Pfunde füderlein, vulgariter appellatur in Salma nostra tradidimus annuatim. Ita quod sacerdote monasterio dicta salis quantitas apud Salmam nostram annis singulis in festo Pentecostes ab officialibus nostris qui ibidem officium Salmæ pro tempore teneant assignetur. Et ut talis donatio perpetuo gaudeat robore firmitatis memorato Cœnauen, signum euidens hanc paginam dedimus sigilli nostri munimine obsignatam. Sunt etiam huius rei testes Rudgerus venerabilis Patauen. Episcopus, Otto Salzburgen. Præpositus, Waltherus Abbas in Rainhaslach, D. Cellarius eiusdē Cœnobij, Dominus Gerochus de Salzburg, Dominus Æthardus de Lengerbach, Dominus Heinricus de Härskirchen, Dominus Ortolfus Vulpis, Dominus Hertmundus de Noppingen, & alij quam plures. Datum huius apud Burchausen. VI. Idus Ianuarij. Anno Domini M.CC. XLVI. In dictione III.

## Absolutio à thelonio siue muta in Vilshouen.

**N**os Heinricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bauariæ, præsenti littera vniuersis ad quos peruenit declaramus, quod dilectis ac venerabilibus Abbatii & Conuentui in Alderspach hanc fecimus gratiam specialē, quod vinū eorū ac etiam vietualia quæ ad præbendam fratum inibi seruientium spectare noscuntur, in muta nostra Vilshouen sine omni exactione liberum habeant transiitum ac securum, siue per terram transeat vel per aquam. Ut autem talis nostra donatio ipsis permaneat inconuulsa, præsentem literam Sigilli nostri robore communitam ipsis decreuimus assignare. Acta sunt hæc in Landavv. Anno Domini M.CC. LVI. III. Idus Decembri.

Priuilegium Domini Heinrici Ducis Bauariæ super hoc  
quod duntaxat conueniri debeamus in  
Landavv.

**H**einricus Dei gratia Palatinus Comes Rheni Dux Bauariæ, omnibus per sui Dominij districtus præsentem literam inspecturis Salutem & omne bonum. Quanto præminentiori titulo dōtatus est ordo Cistertiens. quantaq; deuotione professores ipsius Conuentum Ecclesiæ in Alderspach circa honorem nostrum promptos inuenimus & paratos, tanto ipsorum indeptitati fauorabilius prouidentes ne secundum situm prædiorum per vexationes impotentium dispendiosè ad diuersa judicia pertrahantur, ipsis de nostra gratia tenore præsentium specialiter indulgemus, ut si quis contra eos de causis quoque respectu prædiorum per nostros terminos habuerint actionem, coram judice nostro de Landavv qui pro tempore fuerit conueniri debeant, ac sine quolibet superrefugio respondere. Datum in Landavv Año Dominicæ incarnationis M.CC.LXIII. V. Idus Ianuarij.

Priuilegium Dn. Nicolai Papæ III. propter Nobiles  
de Henzing.

**N**ICOLAVS Episcopus Seruus Seruorum Dei, Dilecto filio Abbati Monasterij de Alderspach Superiori Ratisbonensis Diocesis Salutem & apo-